



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Monasterii Francarum Vallium, ejúsque fratribus tam praesentibus
quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

nonicos memoratos, audiatis illud, & appellatione remota sine debito terminetis. Nullis literis &c. Datum III. Kal. Februarij.

ABBATI MONASTERII
Francarum Vallium, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Epist. 547.
De confirmatione privilegiorum & honorum.

Religiosam vitam eligentibus &c. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum &c. usque ad verbum vocabulis. Locum ipsum in quo praefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, grangiam de mala musca, grangiam de Argentia, grangiam de Campignola, grangiam de Rocerta, grangiam de Sornellis, quicquid habetis in Avinione, quicquid habetis in Cavellione, quicquid habetis in Bellicadro, quicquid habetis in Lunello, quicquid habetis in tenimento villae sancti Aegidij, quicquid habetis in Cavo monte, & aliis locis. Sanè laborum vestrorum &c. Prohibemus insuper ut nulli fratrum &c. Ad hæc etiam prohibemus ne aliquis monachus &c. Insuper auctoritate apostolica inhihemus, ne ullus Episcopus &c. Si verò Episcopus, in cuius parochia &c. Pro consecrationibus verò altarium &c. Quòd si sedes &c. Quia verò interdum &c. Porro si Episcopi &c. Paci quoque &c. Præterea omnes libertates &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur &c. usque in finem. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, Kalen. Februarij, Indictione secunda, incarnationis dominicæ anno M CXCVIII. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno primo.

PRIORISSÆ COENOBII
de Curio Rivo, ejusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Epist. 548.
De eodem argumento.

Prudenter virginibus &c. In primis si quidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in cœnobio vestro &c. usque ad vocabulis. Locum ipsum in quo praefatum cœnobium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Corva-

tam Don Garnier, quam Hu. de Illidio Miles dedit vobis laude & assensu heredum suorum in omni usu habendam. & campum Olrici cum integritate & quicquid in molendino & batarino de Gu-nencort habetis. & terram quæ est juxta pratum sancti Martini, & illud quod habetis in molendino & batarino ex dono Ginardi Pohiers, ex dono Sybillæ, & filij ejus Arnulfi. tria jugera terræ sita inter campum Olrici & Hugonis, & pratum Daven. & sedem batarini, in quo molendinum ædificastis. & tertiam partem de cultura in territorio de Brenvilla ex dono Galteri de Solascort, & partem Everardi de Irrumceria in eisdem territoriis, tam in nummis, quam in segetibus, & partem Alberti Corelli similiter vobis ab ipso concessam, & usum in territorio de Brenvilla. Ex dono Hugonis de Ambleio, unam falcatam de prato sub burgo sanctæ Mariæ, & tertias de Mannia, quas vobis Rainerius de Pares de cultura suorum hominum dedit vobis. Et ex dono Humberti de Doncuria, unum pratum super ripam Mosæ. Sanè laborum vestrorum &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper ut nulli sororum &c. Paci quoque &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur &c. usque in finem. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, III. Kalend. Februarij, Indictione secunda, incarnationis dominicæ anno M CXCVII. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ tertij anno primo.

HEN. ILLVSTRI REGI
Vngariæ.

Inauditam hætenus speciem falsitatis, quam oculis nostris vidimus, serenitati tuæ, quia id expedire credimus, duximus referendam. Cum enim dudum (sicut moris est apostolicæ sedis) regestum felicis record. Alexandri Papæ prædecessoris nostri cuidam fuisset exhibitum, tanquam rescriptum aliquod inspecturo, ut conceptam iniquitatem pareret, de medio quaterno duo folia est furatus, sicut indicium deprehendimus manifestis, ejus facinoris testes & conscij perhibentur in regno Vngariæ permanere. Quia verò graviter peccat, & qui loquitur mendacium, & qui subtrahit veritatem, & publicè interest quòd maleficia non remaneant impunita, magnificentiam

f. notitia

Epist. 549.
Ne testes super falsitate quiddam examinandi impediant verum dicere. *Præ de supra quæst. 540.*